

Postea uero q̄ Theodorici fama moresq; sunt Romam perlati: cum ad Ze  
 nonem Imperatorem: tum ad eū quotidie nuntii a primoribus uentitare.  
 Postulare afflictis rebus opem. Instare ut aduētum maturet. Polliceri cū  
 primum romana signa uideant oēm Italā defecturam. Theodoricus aut̄  
 mirifice hanc rē nō cupere solum: sed ardere: delecto ad eam rem quod ui  
 sum est tempore: Zenonem ita allocutum accipio. Nisi existimarem opti  
 me imperator rem de qua sum dicturus: nō minus tibi gloriæ imperioq;  
 q̄ mihi cōmodo futuram: Supersedissem uerbum facere. Ingētia tua erga  
 me patremq; merita depositum ut imperii gloriam & dignitatem cōmodis  
 meis omnibus anteforam. Voces quotidie optime rex ad me ex Italia per  
 feruntur quo pacto herulus ille odoacer eam terram olim imperii sedē de  
 uaster. Quibus honestibus indignitatibusq; afficiat. Romanorū pcerum  
 nuncii in summā uersi rerum oīum desperationem: Aliam q̄tūlibet: uel mi  
 ferrimā uitæ conditionem ferre se posse dicunt. Tyrannidem huius homi  
 nis pati non posse. Implorant auxilium afflictis rebus. Non dubito quin  
 eadē quoq; ad te perlata sint. At uero alia ex parte Gorthicæ gentis primo  
 res quibus hæc nota sunt: quotidianie aures obtundunt. Instant: ugent: ut  
 p̄uinciam istam suscipiam. Queruntur se gentem nec ignobilem: nec iner  
 tem per desidiam iam ānos fere decim tōrperē ocio. Barbaros nescio quos  
 nunc primum notos ubiq; iam terrarum rapris imperii prouinciis florere  
 opibus & dignitate. Vandalum Africam. Visigothum: Hispanias: Bur  
 gundionem Gallias: herulos istos: & Turcilingos: Italiam orbis florem:  
 non tantum obtainere: Sed proculcare. Solos Gotthos omnium infeliciſ  
 simos desidia languescere. Fateor optime rex non posse me his uocibus nō  
 moueri. Ut qui seditionem aliquam interdum metuam: monco tamen eos  
 & interdum redarguo: Quid uobis uultis? Nunquid non stipendium uo  
 bis pēditur? Nihil huiusmodi querimur inquiunt: Tabescere ignavia ocio  
 q; non possumus hæc illi. Nam quod ad me attinet iis me rex honoribus  
 afficis quibus plures & maiores optare non possim. Habes pluribus an  
 nis non ut stipendiariū sed ut filium. Explorare quid iubeas constituit:  
 Idq; optimum ducere quod imperaueris. Nam si forte hanc imperii nomi  
 ne prouinciam suscipiendam statuis. Nihil possum gratius audire. Habe  
 bis me uel pro Gotthorum duce: uel p̄ milite. Sin uero maiorum rerum  
 curæ impedimento sunt: quominus huic rei anīum adhibeas. At ego nō  
 dubitabo maiestatem tuam consulere: Quid hac in re & mihi agendum &  
 illis respondendum uideatur. Nam si me gente Barbarum natura proge  
 nui: Nō tamen negauit: quin moribus: qui magis placerent: nō imbuerer.  
 Placuere quos a maioribus accepi: Qui cum romanis iam ānis fere ducen  
 tis uersati. Romanis potius q̄ Gotthicis moribus assimiles habiti sunt.  
 Itaq; illud prætermittendum non uidetur Magnam mihi spem esse si tu